

Wspomnienie poświęcone o Stan. Konarskim

CONSUEBUM SUFFRAGIUM.



Pro anima Patris Stanisłai Hieronymi Konarski à S. Laurentio è nobilissima in Regno Poloniae fama, et cum multis aliis primariis Domibus sanguine conjuncta oriundi, Patria ex Palatinatu Cracoviensi, Dioecesis ejusdem, in Ordine nostro Sacerdotis Professi, Viri nedum in Regno Poloniae, sed in tota ferme Europa ob singularissimas animi et ingenii sui dores, ob admirandas virtutes, ac incredibilem sapientiam celeberrimi. Is exacto laudabilissime vitae religiosae tyrocinio, in liberalibus artibus et philosophicis disciplinis ita pro summa ingenii sui celeritate versatus est, ut excelleret. Inferiores deinde scholas usque ad humaniora non sine ingenti Discipulorum profectu, suique commendatione docuit. Romam deinde missus, quod ibidem rerum Theologicarum scientiam, tum verò solidam parumque latitatem, ac multiplicem variam eruditorem sibi comparare, quam tantam certe nactus est, ut inter tot viros omni doctrina paeclaros ipse extra Patriam Romae in collegio Nazareno eloquentia artem biennio traderet. Inde ad illu-strandam Patriam revocatus, quatuor annorum intervallo, nostros Rhetoricam, Politicam, Historiam et alia id genus ita docuit, ut nihil supra, cum in eo [quod raro usu venit] diligentia, judicium arque industria summa essent, cumque in omnibus nihil aliud, nisi Dei laudem, Ordinis nostri commendationem et Partiae utilitatem spectaret. Ornatus tandem Assistentis Provincialis munere, non modo à laboribus non destitit, sed alios ex aliis eosque maiores continuo suscepiebat. Erant leges patriae, ut à singulis generalibus Comitiis seorsum sancitae prodierant, hinc inde sparsae arque disseminatae, has ille summo studio, sed nec minore totius gentis approbatione atque utilitate in sex Volumina rediget atque collegit. Erant in Polonia literae atque disciplinae corruptissimae, huic ille barbariei primus [et quod maximum est, omnibus ferme reluctantibus, ac conatus ejus praepedientibus] bellum indixit acerimum, et partim docendis aliis, partim edito illo aureo: *de emendandis eloquentiae vitiis*, libello, litteras et Sacram profanamque eloquentiam pristino decori restituunt, cum Mathesim, ac meliorem utilioremque Philosophiam, nec non Theologiam in Patriam introduxit. Jam verò Respublica sexaginta et eo amplius annis omni ope atque consilio erat destituta, quandoquidem Comitia generalia, vel unius Legati intercessione irrita reddebantur, et contra Tribunitium illud, atque liberum *Veto* nemo torius Regni Procerum, atque Civium quidquam scribere aut dicere audebat. Ille nihilominus pro incredibili animi sui magnitudine ac sapientia rem omnium difficultissimam aggressus, quatuor Volumina de efficaci concludendorum Comitorum forma in lucem edidit, quos libros omnes Reipublicae Ministeri, Senatori, et praestantiores Cives, datis ad eum epistolis, summa approbatione mirisque laudibus sunt prosecuti. Atque haec quidem epistola typis vulgatae ad oinnum posteriarem Ejus in Rempublicam morita testabuntur: indicabit haec quoque semper aureum numisma, quod illi Stanislaus Augustus Poloniarius Rex, Princeps litterarum doce rinarumque amantissimus, una ex parte ejusdem effigiem, altera libros ab eo boni publici causa confectos paeferens obtulit, cum hac inscriptione: *Sapere auro*, quod nimur primus ille [ut ante dictum est] et contra corruptissimam studiorum rationem, ab omnibus tamen in Regno sustentata, et contra inveteratam, sed perniciossissimam Consiliorum peragendorum consuetudinem ausus esset insurgere. Ejus praeterea cubiculum sedes quae-dam sapientiae, et consilii domicilium habebatur, cum perpetuo in maximis et vehementer arduis Reipublicae negotiis omnes ferme tam Legati Provinciarum ad Comitia generalia congregati, quam alii quique Cives ad eum consiliorum capiendorum causa confluenter, nec ullus unquam ab eo, nisi ad res agendas perior discederet. De sustinenda autem Catholica Religio-ne magis quam de vita sua erat sollicitus; cum scilicet haec in Regno ambitione Heterodoxorum et impiorum conatus multoties premeretur atque perturbaretur, ille variis scriptis librisque cum detimento etiam valetudinis elaboratis atque editis, effraenem eorum audaciam semper compescuit. Postremo erumpenti ab inferis Theistarum monstrum librum de religione hominorum viorum objecit. Quo item melius in Patria juvenis nobilis ad omnem virtutem et scientiam informaretur, primus ille Collegia Nobilium agens est [nam id quoque summae difficultatis fuit] in Regno nostro instituere, ac Vilnae primum et inchoavit, & prudentissima ordinavit. Leopoli alterum ut erigeretur, innumeris difficultatibus superatis, perfecit, illudque stabilivit. Varsaviae vero Nazareni instar, sola Dei providentia fultus ipse condidit, exxit,

[*]

et

et optimis legibus communivit. Provinciae suae Statui volens consulere, Jura omnia, Privilegia et Statuta in optimum rededit ordinem, et prudentissimam docendi praescripsit rationem. In Rhetoricis quoque atque Poeticis rebus complures elegantes libros, ac reconditae sapientiae plenos reliquit. Exteras Nationes Germaniam, Galliam, Italiam multoties invisit, aut publicorum negotiorum causa, aut quo novam inde aliquam Provinciae suae utilitatem asportaret. Ut autem honoribus erat dignissimus, ita eos omni virium contentione fugiebat. Vix enim semel adduci potuit, ut fasces Provinciae morte ejusdem tunc Moderatoris ad se devolutos septemdecim Mensium intervallo gereret. Ceterum et Legato à Republica in Galliam missò à secretis additus, oblatam sibi ibidem Praesulis Dignitatem recusavit, et à Polonis Regibus aliquoties delatum ad se Senatorium atque Praesulis honorem, Sancti Patris Nostri exemplum imitatus, ob amorem sui Instituti constantissime repudiavit. Porro erat ille Princeps, praesertim Benedicto XIV. Summo Pontifici, Augusto II., Augusto III., Stanislao Lotharingiae quoque Duci, et Stanislao Augusto nunc regnanti Poloniarum Regibus, tum Ludovico XV. Regi Christianissimo acceptissimus, qui illi notabilem in singulos annos pensionem solvi mandaverat. Verbo: exeprus est nobis Vir mira in rebus agendis dexteritate, felicitate, efficacia praestanssimum, qui licet valeudine infirma uteatur, tamen in legendu, scribendo, docendo, Sacris Concionibus habendis, ac negotiis agendis assiduus, indefessus ac laboriosissimus fuit. Quid vero maximum est, tot ac tantis à DEO dotibus cumulatus, et in tanta Principum ac omnium Civium existimatione, Virum se tamen semper Religiosissimum, modestissimum, cunctis affabiliem, in omnes officiosum, ac in DEUM piissimum exhibuit. Divino Sacrificio quotidie, si ipsem illud per debilitatem virum non posset peragere, cum summo animi ardore solehat interesse, legum nostrarum fuit observantissimus, nunquam, vel cum morbo decumheret, piam rerum ad aeternam anima salutem pertinentium meditationem aut lectionem intermittebat. Summa pauperum misericordia ducebatur, quorum inopinat et sublevaret, saepe suis ipse commodis detrahebat. Tandem laboribus et doloribus frequentibus fractus, cum sese debilitem sensisset, crebro Conscientiam Sacra Confessione purgare in more habuit. Sacerdotem sibi ad solatium animi destinatum ipse frequenter de die rogavit, ut sibi ea, quae moribundis sunt usui, praegeret. Morti vero proximus Sacramentum Poenitentiae et Eucharistiae inultoties iteravit, Sacramque Unctionem mirum in modum sui compos postulavit et suscepit, abeuntibusque Medicis ac bonam spem sibi valetudinis facientibus palam pronuntiavit, se optimè nosse, quod ab illis decipiatur. Postremo ingravescente una ex parte hydrope, ex altera calculo, doloribus maximis patientissime toleratis, semper cum DEI voluntate conjunctissimus, ac Eisdem se totum tradens, post iteratas Nostrum omnium super se moribundum preces, placidissimè expiravit die 3. Augusti 1773. Aetatis 73. Ordinis 58. Varsaviae in Collegio Nobilium. Justa ei, s̄ta ejusdem Mensis, magna Procerum et omnis generis hominum frequentia, sunt persoluta. Varii Religiosi Ordines alii post alios preces, quae pro mortuis dici solent, pro eo canentes peragebant, cum interim Divina Sacrificia ab Illustrissimis Reverendissimis Dominis Nuncio Apostolico, Episcopo Posnaniensi Supremo Regni Cancellario, alias Praesulibus ac variis Ecclesiae Praepositis, tum reliquis Sacerdotibus fierent. Finem tandem funeri AA. RR. Patres Societatis JESU imposuerunt, qui hoc genus officii mortuo praestandum ultra Ipsi depositabant, ac ex omnibus suis tribus Collegiis in Templum nostrum frequentissimi convernerant. Ultimum Sacrum inter concentus Musicos peregit A. R. Pater Lachowski Concinator Regius, Verba autem fecit ad Populum A. R. Pater Zacharyaszewicz Concinator item Collegiate Varsaviensis, uterque Societatis Jesu. Atque hic quidem pro sapientia sua eruditaque Eloquencia, amplissimis laudibus vitam et merita Stanislai Konarski in Ecclesiam, Patriam, et Rempublicam Literariam est prosequutus, ex illis Divi Ambrosii verbis Propositio- ne instituta: *Tantus à Nobis discessit, sed non totus à nobis discessit.*

